Graniczne

Nos Felix de Zarschyn Judex et Johannes de
Thargowisska Sub Judex terre Sanocen generales Significamus tenore presencium Vniversis et Singulis
quibus expedit tam presentibus quam futuris presentium noticiam habituris. Quomodo Venien et constituti perso-
nalr coram Judicio nostro terrestri et ad acta terrestria Sanocensia Generosi Petrus Odnowsky de Felsthyn Leo-
polien Succamerarius et Capitaneus Belzen et Mathias de Wzdow Tribunus Sanocen, Reposuerunt Acta
Generosi Nicolai Lanczkoronsky de Brzezye Castri Cracovien Burgrabij et Capitanei Radlovien in perga-
meno scripta Eius a tergo et ad Margines Sigillo in Cordula seu Zona serica appenso munita et eius
manu propria ad quamlibet Cartam in inferiori margine subscripta Que quidem Acta petierunt de verbo ad
verbum induci et inscribi atque acticari in Acta prefata Terrestria Quorum nos petitionem tanquam iustam et racio-
ni consonam eadem Acta coram nobis iussimus ad acta terrestria inscribi et acticari Quorum Tenor sequitur Nicolai Lan-
czkoronsky Actorum de verbo ad verbum et est talis
Nicolaus Lanczkoronsky de Brzezye Castri Cracovien Burgrabius et Radlomen
Capitaneus etc. Significamus tenore presencium quibus expedit Quia dum per Generosos dominos Petrum
Odnowsky de Felsthyn Succamerarium Leopolien et Capitaneum Belzen ex vna et Mathiam de Wzdow Tribunum
terre Sanocen ex altera partibus, Electus designatus et nominatus eramus in Superarbitrum Causis discordijs hinc
inde quomodolibet inter eos exortis, tam occasione limitis seu graniciei, quarumdam literarum et privilegiorum
differentis (vt ipsis partibus videbatur) intelligencie et quasi perplexarum sentenciarum prout latius inter Auctori-
tate Superarbitrarie facultas ex parcium prefatarum consensu et Inscripcione in Actis Terrestribus Sanocenibus
contentas et inferius inserta declaratur et cognoscitur. Quod quidem Superarbitrarium Officium exequen cum de-
bito et in eius nomine Omne negocium eorum discordiam luminariam graniciarum diffinicionum et privilegiorum
interpretacionem inquantum ipse partes a nobis exigebant et optabant atque volebant esse diffinitum Judicatum Sente-
natum et interpretatum atque limitatum diffinimusque Judicavimusque Sentenciavimusque et interpretati sumusque atque hereditates
eorum limitavimusque Sed quia partes predicte per quas eorum Causis eramus Superarbiter designatus obligaverunt
et se submiserunt huius nostre Superarbitrarie facultatis tam papiris quam pargamenis firmiter credere et eisdem
non contradicere Sed eas firmiter observare et tenere atque Judicatis et Sentenciatis, et in eisdem contentis satisfa-
cere et parere, Vt latius in inserta inferius Inscripcione Sanocen terrestri facta declaratur Juxta igitur deside-
rium nostrum optantibus prefatis partibus a nobis literas pargamenas sub Sigillis nostris appensis et manu nostra
subscripte in vim et loco literarum nostrarum Acta tota et integra Causarum ipsarum coram nobis actitata et per
nos Judicatarum sub nostro Sigillo et manu nostra subscriptas eisdem partibus prefatis extradidimus et dedimus
et causa ista Nam licet in eisdem Actis plura continentur que parvi sunt momenti Continuacionem tamen Cause
et Superarbitralis Jurisdicionis ostendunt et connectunt atque conglutinant Actus Judiciarios Superarbitralis facul-
tatis vsque dum pervenimus ad terminos In quibus sunt vtiles et efficaces annotata Actus et Sentencie Vt ergo
legentibus planior sit via cognoscendi legittimum Processum planius vt supra meminimus in vim et loco litera-
rum nostrarum et pro literis Acta nostra tota cum toto Causarum processu et effectu partibus extradere Que quidem
Acta pro literis et eorum vigore forma et Tenore partibus damus et assignamus Quarum tenor sequitur
Anno domini Millesimo Quingentesimo vndecimo feria Tercia ante festum Sancte Zophie idest tredecima Mensis Maij Incipiunt
Acta in Hoczew Generosi Nicolai Lanczkoronsky de Brzeszye Castri Cracovien Burgrabij et Ra-
dlovien Capitanei etc. Superarbitri et Judicis Electi Nominati deputati et designati per Generosos Mathiam
de Wzdow Tribunum terrestrem Sanocen ex vna et Petrum Odnowsky de Felsthyn Succamerarium Leopolien
et Capitaneum Belzen partibus ex altera eorum Causis et Causis mota predictorum dominorum Ordinariorum
dispositionem Contractuum et Inscripcionum in Actis Terrestribus Sanocenibus contentam Quia predicti Superar-
bitri et Judicis a partibus prefatis Electi ac per eosdem eorum Causis delegati de parcium suprascriptarum
consensu facultas et Auctoritas in hac parte per supradictas partes in eorum causa et Causis sibi concessa
latius et planius declaratur Cuius Inscripcionis Tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis
Constituti personaliter ad Acta presencia Generosi Petrus Felsthynsky de Boyska ex vna et Nicolaus Bal
de Hoczew terre Sanocen Notarius atque Mathias de Wzdow Tribunus terre Sanocen ex altera partibus
heredes publice Recognoverunt Quia feria Tercia post dominicam Letare nunc instantem debent convenire personaliter
in Hoczew hereditatem prefati domini Nicolai Bal et convenientes debet quilibet parcium Petrus videlicet Odno-

vosky quatuor et Nicolaus Bal atque Mathias Wzdowsky quatuor arbitros et amicabiles compositores locarunt
sub vadio Mille florenorum pecunie communis quemlibet florenum per mediam sexagenam computando infrascriptis cum
suis clausulis descripto et per fideiussores parcium in se suscepto Item prefate partes Petrus Odnowsky Mathias
Wzdowsky atque Nicolaus Bal recognoverunt unanimiter elegerunt deputaverunt et designaverunt superarbitrum Nicolaum
Landzkoronsky de Brzezye castri Cracoviensis Burgrabium cui omnimodam dederunt facultatem inter eos et eorum
subditos kmethones atque familiares omnes discordias differencias iniurias controversias complanare decidere con-
cordare et sentenciare [illegible] videlicet ut predictus superarbiter arbitros ad se appositos per partes utrasque ut pre-
fertur locatos in modis condicionibus vel clausulis in componendo concordando et arbitrando inter partes
prefatas videlicet Mathiam Wzdowsky et Nicolaum Bal ex una et Petrum Odnowsky partibus ex altera pro qui-
buscumque iniuriis discordiis eciam hereditariis et granicialibus discordancium discrepancium dissonancium in votis eorum et
opinionibus Idem superarbiter debet eos pro posse suo maiori concordare in eisdem eorum ut prefertur votis discre-
pantibus et votis Item recognoverunt partes prefate videlicet Petrus Odnowsky Mathias Wzdowsky atque Nicolaus
Bal ut quidquid concorditer prefatus superarbiter cum arbitris decreverint emologaverint et composuerint extunc pre-
fate partes debent et tenentur et se presentibus obligant talem emologacionem composicionem et decretum arbi-
trale suscipere firmiter tenere et eidem decreto satisfacere in toto sub vadio Mille florenorum pecuniarum infrascriptis
cum suis clausulis descripto et per fideiussores parcium infrascriptarum in se suscepto Item recognoverunt partes
prefate videlicet Petrus Odnowsky Mathias Wzdowsky atque Nicolaus Bal unanimiter si et in quantum predictus superarbiter
in aliqua clausula articulo causa iure iniuria questione argumento narracione interpretacione eorum vigore et
nullitate discordancium dissonancium diversa intelligencia opinacionibus votantes arbitros sub interlocutoriis solucionibus
arbitramentis componere non poterit extunc idem superarbiter debet ferre promulgare decernere et pronunciare
suam diffinitivam sentenciam prout sibi melius iustius iure et iusticie accomodacius et verisimilius videbitur deum
et sanctam pre oculis habendo iusticiam Et partes prefate debent eandem sentenciam suscipere eidem parere effectualiter satis-
facere et eandem complere sine omni excepcione contradiccione appellacione sub vadio Mille florenorum cum suis clau-
sulis infrascriptis descripto et per fideiussores parcium in se suscepto Item eciam recognoverunt prefate partes
Petrus Odnowsky Nicolaus Bal et Mathias Wzdowsky unanimiter debent prout tunc quando arbiter inter eos pre-
fata concordia quilibet parcium habere unum ministerialem Et omnes simul debent educere camerarium terrestrem
eo ubi ventum fuerit ad limitandum aliquam hereditatem Et ex decreto sive arbitrorum cum superarbitro concorditer
sive discordantibus arbitris per solum superarbitrum facto ad omnia quecumque essent ad limitandum hereditates
necessaria debent esse parate partes sub vadio Mille florenorum infrascriptis cum suis clausulis descripto et per fide-
iussores parcium in se suscepto Item eciam recognoverunt partes prefate videlicet Petrus Odnowsky Nicolaus Bal
et Mathias Wzdowsky unanimiter literis superarbitri eius sigillo sigillatis tam papireis quam pargameneis sua
manu subscriptis tam signatoriis quam testimonialibus quibusnam decreta sentencias eiusdem superarbitri intra
se contrahentibus firmiter credere easdem tenere easdem non contradicere sed tales obedire acsi esset negocium in eisdem
literis contentum in actis terrestribus iudicii actitatum Nec contra easdem literas licebit alicui parcium contradicere seu
per easdem reprobare sub vadio Mille florenorum infrascriptis cum suis clausulis in se descripto et per fideiussores par-
cium in se suscepto Item domina Katherina Woschmyrthowska voluit eciam sua sponte arbitris clausulis in
hac inscripcione contentis et expressis adquiescere et se eisdem subdere atque easdem firmiter tenere et hec fideiubere
voluit prout alie fideiusserunt partes extunc superarbiter tenebitur eciam complanare concordare si poterit si non
poterit extunc sentenciare et decretum facere pro omnibus controversiis differenciis citacionibus quibuscumque iniuriis terre
questionibus hereditariis et granicialibus inter Petrum Odnowsky et ipsam Katherinam exorte sub vadio Mille
florenorum cum suis clausulis infrascriptis descripto et per fideiussores superarbitri in se suscepto Et Petrus
Odnowsky recognovit unanimiter tenetur parere decretis superarbitri inter ipsum et prefatam Katherinam pronunci-
atis sub vadio Mille flor. infrascriptis cum suis clausulis descripto et per fideiussores parcium in se suscepto
Etiam prefate partes Petrus Odnowsky Nicolaus Bal et Mathias Wzdowsky recognoverunt unanimiter complanate
discordiis in Horzero inter Nicolaum Bal et Petrum Odnowsky debent ire et convenire ad Bukowsko et ibidem
componere et complanare debent eodem modo omnes discordias inter Mathiam Wzdowsky et Katherinam Wosch-
myrthowska si ipsa voluit et Petrum Odnowsky sub vadio Mille flor. infrascriptis cum suis clausulis descripto
et per fideiussores parcium in se suscepto Omnes autem litteratorias citatorias condempnatorias
contumaciales ad satisfaciendum controversias litispendencias ... actiones in iudiciis tam terrestribus

in Castrensibus Sanocensibus inter prefatas partes Petrum Odnowsky et Mathiam Wzdowsky et Nicolaum Bal
et katherinam Wesczhnothowska et eorum homines et Subditos ac familiares quomodolibet exortas excitatas factas
pendentes actionatas mortificant cassant annichilant presenti Recognicione Ita quod non licebit dictis partibus prefatis
sunt aut uni eorum easdem uti easque renovare sub vadio Mille florenorum inferius cum suis Clausulis descripto et
per fideiussores parcium in se suscepto **Item** Constituti personaliter Generosi Raphael de Hrumysska Tribunus
Sanocensis et Johannes Olinsky de Czastkin heredes Recognoverunt Quia fideiusserunt pro Generosis Mathia Wzdo
wsky et Nicolao Bal sub vadio Mille florenorum quemlibet florenum per triginta grossos computando inferius cum suis
clausulis descripto Et per prefatos Raphaelem Hrumyszky et Johannem Olinsky in se suscepto Et prefati Mathias
Wzdowsky et Nicolaus Bal in omnibus punctis et clausulis hic descriptis Etiam per Superarbitrum prefati Sinatus
testificate significate decretis Ordinate factis et pronunciate satisfacere tenere observare debent et huic non contradicere
Item Etiam Constituti personaliter Generosi Johannes de Pobyedna et Johannes de Syemnoschowa heredes Reco
gnoverunt Quia fideiusserunt pro Generoso Petro Odnowsky sub vadio Mille florenorum per triginta grossos computando
inferius cum suis clausulis descripto Et per prefatos Johannem de Pobyedna et Johannem de Syemnoschowa in se
suscepto Et prefatus Petrus Odnowsky in omnibus punctis et clausulis hic descriptis Et etiam per Superarbitrum prefati
Sinatus testificate significate decretis Ordinate factis et pronunciate satisfacere tenere et observare debet et huic non
contradicere **Item Etiam** Constituti personaliter Magnificus et Generosus Nicolaus de Pelcza heres de Czanczyga
Castellanus Wisliciensis et Andreas de Zmygrod heres Recedendo a suis terrestribus Judiciis et districtibus quibuscumque
et se Judicio Terrestri Sanocensi per omnia et totaliter atque firmiter omnibus exceptionibus et condicionibus atque Remediis re
nunciando incorporando uniendo et eidem Judicio se pari summittendo publice Recognoverunt Quia fideiusserunt pro Gene
roso Nicolao Landzkoronsky de Brzezye Castri Cracoviensis Burgrabio sub vadio Mille florenorum quemlibet florenum per
triginta grossos computando Et ipse Nicolaus Electus inter partes prefatas Petrum Odnowsky Mathiam Wzdow
sky et Nicolaum Bal Superarbiter constitutus in Hyczow feria tercia proxima post dominicam letare cum instancia
et cum Arbitris per easque partes Mathiam Wzdowsky et Nicolaum Bal ad ipsum locatis componet concordabit
inter partes prefatas inmediate superius descriptas Et eorum Subditos familiares et kmethones omnes discordias diffe
rencias iniurias qualescumque etiam hereditarias et graviorales Et si in aliquo puncto articulo Arbitri per Superarbitrum
concordari ad unionem et consonanciam atque concorditatem votorum reduci non poterint Extunc Superarbiter sub vadio
prefato Mille flor. pro quo prefati domini fideiusserunt tenebitur ferre Sinianam diffinitivam Juri consonam Justinam
et demum per ambas habendo. **Etiam** prefati omnes fideiussores tam parcium prefatarum quam Superarbitri Recogno
verunt Quia si et inquantum aliqua parcium articulos omnes aut unum seorsum ex prefatis superius descriptis articulis
non compleverit Extunc fideiussores prefati vel unus illorum Littali vel Cittalibus pro vadio et eo Quia pars
pro qua fideiussit non tenuit in toto vel in parte concordiam et hanc Inscripcionem Extunc hic in Judicio Terrestri
particulari vel generali Sanocensi in primo termino tamquam peremtorio stare parere et eidere debebunt vel debebit et
vadio satisfacere nullis causis aut modis exquisitis terminum primum differendo Nec ad Regiam Maiestatem nec
ad Colloquium generale vel Conventionem quamlibet se excipiendo Nec pro maiori sibi recipiendo Nec vera nec simplici
infirmitatibus eundem terminum primum differendo peremtorium Non evadendo se minime omnes partes prescriptas pro pre
missis omnibus. Viis Regalibus Expedicione bellica districtibus prescripcione defectu alicuius pretermissi Inscripcionibus Vet
tarialis Conventuris Cardenariens Cancellaconis ad satisfaciendum data titulo aut toto progressu cause Nec alio
quovismodo exquisito sub amissione sue cause Actum in Sanok feria Tercia ante festum Sancti Thome apostoli
proxima Anno domini Millesimo Quingentesimo undecimo **Nondum autem** Adveniente termino feria
Tercia post dominicam letare Maiestas Regia de plenitudine Auctoritatis sue propter arctas causas et necessitates
Reipublice quibus pretunc in parte Generosum Petrum Odnowsky sua Maiestas occupavit eundem Terminum
transposuit ad feriam Terciam post dominicam Misericordia Cuius transposicionis tenor sequitur
Sigismundus dei gratia Rex Polonie Magnusdux Lithvanie Russie Prussie etc. dominus et heres Sign
ificamus tenore presencium quibus expedit et signanter Judicio Terrestri Sanocensi Quia veniens in nostri presenciam Ge
nerosi et Venerabilis Petrus de Odnow Biecensis Capitaneus et Nicolaus Landzkoronsky de Brzezye quilibet eorum
suo nomine et propria persona et Johannes Brzegorzowsky de Wisczorzycz plebanus Generosorum Mathie
Wzdowsky et Nicolai Bal Notarius Terrestris Sanocensis nominibus Et in eorum personis Recognoverunt Quia
Terminum ad componendum et concordandum ac limitandum quem inter se hic debent Petrus Odnowsky et Mathias

Wzdowsky et Nicolaus Bal tanquam partes et Nicolaus Lanczkoronsky sunt Superarbitri pro feria Tercia
post dominicam letare nunc instantem ad feriam Terciam post dominicam Misericordia nunc instante proxima
In eo vigore prout tunc fieri debuit transposuerunt et transponunt. Inscripcioni prefate in actis Terrestribus Sanocensibus
nihil nocendo vel derogando ymo ipsam in omnibus punctis et clausulis integre et firmiter in suo robore conservan-
do. duntaxat diem Concordie ut prefertur transponendo. Nec quidem transposicio partium consensu facta dici nichil
debet in toto vel in parte derogare Inscripcioni in actis Terrestribus Sanocensibus contente. pro parte ipsarum parcium pre-
dictarum ideo prefertur [illegible] ad hoc speciali consensu accedente et hanc Inscripcionem dici et Concordie ratificante.
Dat Crac. feria quarta proxima ante dominicam Oculi Anno domini Millesimo quingentesimo undecimo Relacio
Magnifici Cristofori de Schidlowiecz Castellani Sandomiriensis et Regni Polonie Vicecancellarii Siradiensis [illegible] Capit.
Tandem etiam Nondum adveniente termino eadem feria Tercia post dominicam Misericordia emergentibus arduis
et novis Reipublice negocijs Maiestas Regia instituit Convencionem generalem omnibus Cracoviensibus Sandomiriensibus
Russie et Lublinensibus in Civitate Korczin Nova Et ne premature dictiones Reipublicam impedirent Suspensis omnibus
Iudicijs generalibus Terrestribus et Castrensibus Regia Maiestas Regia voluit interesse Superarbitrum omnibus partibus
prefate eidem Convencioni Ideo etiam terminum eundem ad feriam Terciam ante Zophie proxima tunc durante sua trans-
tulit ordinarius. in parcium et Superarbitri prima Cracovie In eo vigore prout feria Tercia post dominicam letare proxima
fieri debuit Inscripcionem in actis Terrestribus Sanocensibus in toto conservando. Et ei penitus translacionem nichil derogando
tamquam ipsius Cause originali et principali Causa et negocio **Feria igitur Tercia** ante festum
Sancte Zophie proxima idest Tredecima Mensis May adveniente termino vigore assignato ad causam et Causas
prosequendas et terminandas. atque exequendum Inscripcionem Terrestrem Sanocensem et ei satisfaciendum convenientibus
in Horzero Generosi Nicolai Bal etc. tam Superarbitro. quam partibus prefatis **Superarbiter** Nicolaus Langko-
ronsky in hanc modum facultate sua Superarbitrarie incepit fundare Iurisdictionem. In prima Ministrialis Andree
de Brzozowo et Generosorum Andree Herborth de Felsthin Camborien Tribuni. Andree de Sthadnyky et
in Zmigrod Johannis Herborth de Felsthin Johannis Woyschik de Woyeza et in Zmigrod Jacobi Pyenya-
zek de Wythorowycze et in Zaschin Camerarij Terrestris Sanocensis Stanislai Jaskmanizky Johannis Syenno-
schowsky de Syennoschowa Johannis de Pobyedna Petri de Zaschin. Petri Banczalh de Sowoklyzsky
et Johannis de Chyschow. **Et Interrogavit** Superarbiter Generosum Petrum Odnowsky Succamera-
rium Leopoliensem et Capit. Beczen. ex una. et Mathiam Wzdowsky Tribunum Sanocensem ex altera partibus
Si hodiernam feriam Terciam In eo vigore prout fieri debuit feria Tercia post dominicam letare haber-
et hec volunt Ad quod ambe partes unanimi voce dixerunt Et habent et habere volunt. hodiernam ter-
minum in eo vigore prout debuit fieri feria Tercia post dominicam letare Et hoc super Superarbiter prefatus
protestatus est predictis Nobilibus et Ministriali **Tandem** Superarbiter prefatus interrogavit predic-
tos Petrum Odnowsky et Mathiam Wzdowsky Si Inscripcionem Terrestrem Sanocensem cuius vigore idem
Superarbiter habet Auctoritatem Superarbitrandi in omnibus punctis et Clausulis. integram et inviolabilem fir-
miter tenere et observare volunt. Et tenent firmiter et observant. Qui dixerunt Et tenent inviolabi-
lem et firmiter Inscripcionem prefatam Sanocensem Et hoc idem Superarbiter prefatus est protestatus predictis No-
bilibus et Ministriali **Tandem** Superarbiter dixit. Ergo iuxta Inscripcionem eligite parcium Locet
quatuor arbitros. Cum quibus ego procedam ad ulteriores actus. in Causa et Causis vestris officio meo satis-
faciens **His** peractis fundata facultate sua Superarbitrarie Iurisdictionem. Superarbiter processit ad diffi-
niendas componendas. discordias differencias lites et Iniurias inter prefatos Petrum Odnowsky et Nicolaum Bal
Actores [illegible] et Cause litis Iniuriarum et omni Conversionem inter dominos Petrum Odnowsky et Mathiam Wzdo-
wsky reservate sunt et reposite ad adventum Superarbitri in villam Bukowsko. **Actum in villa**
Bukowsko. feria Tercia ante festum sancti Urbani idest vigesima Mensis May Generosi domini Petrus
Odnowsky et Mathias Wzdowsky inherendo et satisfaciendo Inscripcioni Terrestri Sanocensi de Super-
arbitraria facultate Nicolai Lanczkoronsky. tractanti et diffinienti ad nominos et optata Nicolai
Lai Lanczkoronsky Superarbitri Locaverunt Coarbitros Videlicet Petrus Odnowsky pro et ex sua parte
Magnificum et Generosos Nicolaum de Peleza et in Camyenyecz palatinum Belzen. Andream Herborth
Tribunum Camborien. Johannem Herborth de Felsthin et [illegible] Joseph de Zharnawa Et
Mathias Wzdowsky similiter locavit Coarbitros pro et ex sua parte Vezt Andream de Sthadnyky

Et in Zmygrod Johannem Woyschek de Woyna et in Zmygrod Jacobum [illegible] de Wetharowye et
in Zarschyn et Johannem de Thrschaw et in Sabulthow **Coram tandem superarbitero**
et prefatis Coarbitris dominus Mathias Wzdowsky reposuit literam pargameneam Sigillis Judicis et Subiudicis
Terrestris Sanocensis munitam cuius tenor est talis **Clemens** de Rakoschowka Judex et Felix de Zarschyn
Subiudex Terrestres Sanocenses generaliter Significamus tenore presencium vniuersis et singulis quibus expedit Quomodo
in Actis olim Generosi Clementis de Pobyedno Judicis hanc notam inscriptam descriptam inuenimus de verbo ad
verbum describi mandauimus que sequitur datum in Sanok feria Tercia post dominicam Reminiscere Anno domini
Millesimo Quadringentesimo Tricesimo quinto presentibus ibidem Nobilibus paulo de Pobyedno petro Rzeschyk et Johanne
de Malusche Quomodo veniens Nobilis Petrus vexillifer Sanocensis Johannes et Georgius fratres de Boyska heredes
bona mente voluntarie Recognouerunt Et pro parte patrimonij racione diuisionis quam pariter fecerunt in eorum
Racione cuius petrus Boysska Sancti petri alias Wolicza Bukowsko et Zahorzewye villas recepit de quibus sibi
fratres cesserunt Et peramplius in eorum vltius nichil dixit ex patrimonio dictus petrus postulare vniuersaliter et post
mortem dictam fratrum suorum sed cessit et recessit a villa Nowothanyecz alias Brzozow In eorum similiter et
nunquam mouere seu inquietare. Granicies autem villarum suprascriptarum debet habere villa Bukowsko Ex parte
ista vna in agris Vt continuati sunt agri cum agris de Nowothanyecz alias Zezslyszyex primus. Sic et ipse agri
mouere non debent sed stare. Sed supra vltimos agros ville Bukowsko procedere debent meta plena mensura
alias do dlij Et vlterius nomine dlij habere debet. Sed ex alia parte Bukowsko granicies inter villa Wyslocek
vsque ad summitatem montis dicti Bukowicza vlterius nichil. Villa autem Zaharzewye granicies habebit a
villa tria Cenartalia inhabitantes ventus et vlterius non. Homines autem tam sui quam fratrum suorum Johannis et
Georgij Libertatem habebunt in omnibus siluis et fluuijs. Si autem aliquem homines pecora pellerent ad siluas
Eciam dictus petrus ad illa nichil habere debet Tantum ille capiat vsus qui tenebit villas Zaharzewye et
Thrzeprzow Ville autem Bukowsko et Wyslocek quod homines de Bukowsko alios conuenerint et susceperint
in pascendo pecora alias wegnanye Eciam de illis dominus et possessor ville dicte Bukowsko recipiat Ossep
Et de Wyslocek homines quos susceperint et conuenerint alienos Similiter dominus et possessor eiusdem Wyslocek ab
eis capiat fructus alias Ossep. Et ex vtriusque villis libertatem habebunt pascendi in Siluis vtrimsque Nisi
autem dominus alios conuenerit hij in proprijs granicibus pascere debent. Datum in Sanok feria Tercia ipso
die sancti Sixti Anno domini Millesimo Quingentesimo Decimo presentibus Generosis et Nobilibus Johanne
Sycynoschowsky Johanne Dambrowsky Johanne Pobyedzyensky Leonardo Mrochowsky Jacobo Jaczmirsky
et alijs fidedignis testibus ad premissa In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus sunt subappensa
Qua perlecta dixit dominus Mathias Wzdowsky hic michi agitur iniuria et magnum grauamen
racione a domino petro Odnowsky Racione Antecessores mei heredes de Nowothanyecz cum Antecessoribus
domini petri Odnowsky heredibus de Boysska et Bukowsko iuxta hanc literam diuisionis quam hic repo-
suit reseruauerunt eis omnem Libertatem et dominium et liberum vsum Siluarum Et nunc dictus petrus Odnow-
sky Libertatem dominij et Libertatem vsus siluarum michi omnimode et hominibus meis defendit aufert
non admittit. Et adeo dominus petrus Odnowsky dicit literam diuisionis inter Antecessores meos et Antecessores
dominum Mathie Wzdowsky Limites et Granicies inter villam meam Bukowsko et Nowothanyecz
Mathie Wzdowsky bene exprimit et dicit Et vbi agri antiquitus extirpati conuenerunt et continuati sunt
cum agris de Nowothanyecz sic debent ex vtraque parte teneri et possideri Sed ex parte sua sine ville
mee Bukowsko debent Granicies et longitudo agrorum procedere et extendi vsque ad plenam mensuram dlij
Et ideo volo vt antequam quidquam diffiniatur de libertate quam debet Nowothanyecz habere in meis Siluis.
diffiniatur de progressu et extensione agrorum ville mee Bukowsko ad plenam mensuram dlij Et Rogo michi
remensurari Longitudinem agrorum ad istam plenam mensuram dlij **Et tandem superarbiter**
cum Coarbitris Laborauit vt partes amicabili composicione pro hac questione et discordia postposito rigore
Juris componerentur et concordarent Et de Consensu atque Consilio Coarbitrorum plures fecit Interlocutorias vt
possit partes ad concordiam flectere Et tota dies illa consumpta est super concordia Et Terminus ad procedendum
in causa ista et alijs Causis per Superarbitrum est transpositus de parcium consensu ad diem crastinum
in hunc qui sequitur modum **Termini** hodierni inter dominos petrum Odnowsky et Mathiam Wzdowsky
Wzdowsky de ipsorum Consensu ad diem Crastinum In eo vigore prout hodie fieri debuit per Superarbitrum
Nicolaum Lanczkoronsky transponuntur et transferuntur Et habent partes prefate terminum coram prefato domino
Superarbitro talem qualem hodie habere debuerunt in eo vigore Juris parcium illeso Et hic sequuntur verba Ministerialis

Andreas de Brzozow proclamando insinuavit **Actum** feria sexta ante Urbani proxima id est vigesima
prima Mensis Maij in villa Bukowsko. Sedente Nicolao Lanczkoronskij Succamerario. cum prefatis Sedzibogio et Petro
Odnowskij optantes Sententiam diffinitivam omnes qz modos et conditiones amicabilis Compositionis reijcientes. hanc Sententiam
diffinitivam tulit et promulgavit atque clara voce pronunciavit Succamerarius. de protensione et progressu agrorum ville
Bukowsko ad plenam mensuram dlij **Sententia** Et quo dominus Petrus Odnowskij iuxta Privilegium et divi-
sionis literam Antecessorum suorum hereditatis et ville sue Bukowsko agros superius locatos et post literam huius Privi-
legij extirpatos vult habere in longitudine extensos ad plenam mensuram dlij Knezum dlij prefata et determinata
Mensura nescitur. nec in usu et Regno habetur. debet nominare mensuram certam istorum dlij Et quia iste dlij [illegible]
emensurare agros ipsius hereditatis et ville Bukowsko inter hereditatem Mathie Wzdowskij dictam Nowothanyecz
et eadem emensuratio agrorum in evum perpetuum limitem debet manere inter predictas hereditates. Ergo idem Petrus
Odnowskij mensurabit eodem modo quo mensurare solent actores terra faciendas granicies [illegible] met septimus cum sibi in [illegible]
nere similibus, Et Mensura dlorum quam ipse nominavit est vera mensura Et quod privilegium in quo dlij de-
scripti sunt. et nominati per suos Antecessores ad hanc mensuram refertur. Et tunc Bukowsko villa domini Petri
Odnowskij potuit et possit extirpare agros in silvis communibus usque ad longitudinem mensure dlij Nam privilegium
seu litera divisionis non alii ville quam Bukowsko concedit habere dlij agrorum Nova vero extirpatio agrorum in Bukow-
sko contiguitate attingens agros antiquos et antique possessionis ad Nowothanyecz pertinentes non potest mensu-
ratione dlij a Nowothanyecz amovere Sed stabit mensuratio dlij ibi ubi ei obstabunt et eam impedient agri
antiqui de Nowothanyecz. Sed ubi mensuram dlij non impedient agri vetusti [illegible] de Nowothanyecz extirpati
ibi procedere debent ad perfectum mensura sua Et quam nominabit Petrus Odnowskij mensuram dlij Nos demum
forma Juramenti **Et Interrogavit** Succamerarius partes utrum se suscipiunt Sententiam Et dixerunt partes
quod suscipiunt Et hoc idem protestatus est Succamerarius Ministralibus et Nobilibus ibidem presentibus **Tandem** dominus
Mathias Wzdowskij per suum procuratorem Johannem Brzegorzowsky optabat ut dominus Petrus Odnowsky procederet
ulterius in sua causa Et quod nominaret certam mensuram dlij Et tandem post nominationem dlij faceret Juramentum iuxta
Sententiam Succamerarii in ea forma quam daret et assignaret Succamerarius Tandem Petrus Odnowskij per secundum procura-
torem Mathie Wzdowskij posuit mediale Et ille Petrus Odnowskij non vult nominare certam mensuram dlij Et pro-
nunciavit eam mensuram dlij Et etiam quod non vult mensurare Et petijt decretum Succamerarii. [illegible] dicit se
et decretum [illegible] Petrus Odnowskij dixit Ego renuncio mensurationem dlij et dimitto dominum Mathiam Wzdow-
sky de ista mensuratione dlij Tandem Succamerarius Nicolaus Lanczkoronskij hanc tulit Sententiam diffinitivam **Sententia**
Et quo dominus Petrus Odnowsky prout voluit nominare mensuram dlij. nec voluit facere probationem de vera et iusta
mensuratione dlij per ipsum nominata Sed ab eadem nominatione et probatione sponte recessit Et eidem renunciavit Ex-
tunc perpetuis temporibus imposterum ipse et sui Successores heredes ville Bukowsko, Mathiam Wzdowskij et suos Succes-
sores heredes de Nowothanyecz pro mensuratione dlij movere citare et ob actionem inquietare non debent Sed perpetua
Mensuratio dlorum in litera divisionis Antecessorum ipsorum contenta perpetuo iure decreto cassa et irrita perpetuis temporibus
esse debet. et nullius roboris Et Interrogavit Succamerarius partes si suscipiunt Sententiam Et dixerunt partes Et susci-
piunt Sententiam Et horum Succamerarius protestatus est Ministralibus et Nobilibus ibidem presentibus **Postea** dominus
Mathias Wzdowskij per suum Procuratorem Johannem Brzegorzowskij petijt de libertate [illegible] inter villas
Bukowsko et Nowothanyecz [illegible] fieri Sententiam diffinitivam iuxta suam superius insertam querelam et propo-
sitionem et iuxta tenorem privilegij superius contenti Et tandem Interpretationem privilegij optantibus domino Petro Odnowskij
Succamerarius Nicolaus Lanczkoronsky hanc diffinitivam tulit Sententiam **Sententia** In litera divisionis [illegible]
fratrum de Woyska heredum Petri Georgij et Johannis describitur tantum ex nomine divisio Petri. quam sibi Georgius
et Johannes eximiserunt. Et de aliarum partium vz Johannis et Georgij divisione subticet. Et illis villis et here-
ditatibus [illegible] Petrus a fratribus ex divisione a fratribus pro parte patrimonij recepit, designate et descripte sunt granicies
et limites a fratribus. Petro ad hoc consentiente. Et Nowothanyecz nostrum clare pertinet ad divisionem Geor-
gij et Johannis quia Nowothanyecz tunc in predictorum fratrum [illegible] possessionem [illegible] Petrus recessit et renun-
ciavit fratribus Et Wislogek tunc etiam erat in parte divisionis Georgij et Johannis Et licet illa clausula [illegible]
[illegible] tam sua quam fratrum suorum Johannis et Georgij libertatem habebunt in omnibus silvis et fluvijs [illegible]
in litera post descriptas granicies illarum hereditatum que Petro cesserant ex divisione [illegible] tam sua [illegible]
[illegible] quia nominat ex nomine omnes fratres qui Jure paterno equale sui patrimonij habebant dominium

Omnibus hominibus harum hereditatum et villarum que in privilegio divisionis clare exprimuntur et nominantur
reservat libertatem silvarum et fluminum Et quia Nowothanyecz est ex sorte divisionis Georgii et Johannis ergo
libertatem cuiusmodi qualem habere debet in silvis ad Bukowsko et Wislaczek pertinentibus qualitate domi-
nii fundi et usus fructus fundi, idest dominio hereditario Et libertatem usus cuiuslibet silvarum et fluminum
deinde extirpacionem silvarum et aliarum locacionem villarum. Et quale Jus habebant et dominium vestri antecessores
et eorum homines. Tale Jus et dominium vos et vestri homines tamquam post illos in predicta bona successores habere
debetis ymmo eciam optime habebitis Nam si villa Wislaczek mansisset circa Nowothanyecz et non premisset
ad eam Jure empcionis dominus petrus heres de Bukowsko Extunc ex privilegio divisionis villa Bukowsko et here-
habuisset et habere debuisset granicies duntaxat ad montem Bukowicza ibi habuisset heres de Bukowsko
dominium fundi Residuum vero fundi dominium remansisset circa heredes de Wislaczek et Nowothanyecz Tamen
usus silvarum et fluminum salva utrique parti remanentes locaciones tamen villarum liberas habuisset quelibet par-
cium intra limites suas tamquam veri heredes fundi Sed quia ut dixtum villam Wislaczek adiunxit heres de Bu-
kowsko sue possessioni Extunc facte sunt silve communes tam Jure hereditario dominii fundi quam libertate usus
fructus fundi. Ergo illas extirpare pro novis Colonis locandis uni parcium non licet sine alterius partis assensu
nisi in unum concordaret uterque heredes de Bukowsko et Wislaczek atque Nowothanyecz Et interrogavit
Supersedebat partes si susceperint sentenciam Et dixerunt partes Et susceperint sentenciam Et hanc eam Supersedebat protes-
tatus est ministeriali et Nobilibus ibidem presentibus Tandem dominus Mathias Wzdowski per suum
Procuratorem Johannem Brzegorzowsky proposuit contra dominum petrum Odnowsky Et ipse in hereditate sua Nowo-
thanyecz campis hominibus ipsius Martino filio Stephko et Johanni Wyrl Et ipsi sub domino Mathie Wzdowski
de ipsius agris avenam et certas alias segetes recepit et alias conculcavit. alteras depastus est valoris quadra-
ginta marcarum Et adverso petrus Odnowsky dixit Et ipse prefatas segetes recepisset in suis hereditatibus
et optavit dari ad videndum et probare subiecturus ordini Et decrevit Supersedebat dari ad videndum Item
dominus Mathias Wzdowski proposuit contra dominum petrum Odnowsky pro roboribus per dominum petrum Odnowsky
receptis valoris sex marcarum. Petro Odnowsky ex adverso negante valorem roborum tantum esse et deferente
Juramentum domino Mathie Wzdowski Et Supersedebat decrevit iuramentum domino Mathie Wzdowski de va-
lore roborum Jurare vero domino Wzdowski ad evasionem ammovere nolente petrus Odnowsky condemnavit in
evasione dominum Mathiam Wzdowski pro roboribus Item proposuit dominus Mathias Wzdowski contra petrum
Odnowsky Et idem petrus Odnowsky in silva communi et libera excidit hominibus ipsius de Nowothanyecz de
borris cum alveariis et mellificiis apum de quibus alveariis ex antiquo Jure hereditario solvebant dacionem
mellis Jnprimis hyczsluzebny tredecim alvearia David quatuor Wislaczky tria Josko duo Jhnath unum
alveare valoris quinquaginta marcarum Et dominus Odnowsky recepit ad videndum ubi sunt alvearia excisa Et
decrevit Supersedebat videnda loca excisionis alveariorum Item dominus petrus Odnowsky proposuit contra dominum
Mathiam Wzdowski Quia hominem ipsius de villa Bukowsko Mathiam nomine in via libera captivavit et
detinuit domino Mathia ex adverso negante Et Supersedebat decrevit Juramentum domino Mathie Wzdowski de
non captivacione predicti Mathie Tandem dominus petrus Odnowsky dimisit Juramentum domino Mathie Wzdowski
Et procurator Mathie Wzdowski Johannes Brzegorzowsky incontinenti posuit in evasionem Juramenti Item dominus
Mathias Wzdowski proposuit contra dominum petrum Odnowsky Et ipse de communi silva et de finibus paternis
recepit duos porcos homini ipsius de Nowothanyecz petro holubko valoris unius sexagene Et petrus Odno-
wsky detulit Juramentum petro holubko de valore porcorum Tandem idem dimisit sibi Juramentum petrus Odno-
wsky et obtulit se restituere duos porcos Petro holubko feria sexta proxima post festum sancti Michaelis nunc
instantis Quod quidem faciendum Supersedebat decrevit Et partes susceperint sentenciam Ministeriali et Nobilibus presentibus
Item dominus petrus Odnowsky proposuit contra dominum ~~Mathiam~~ Adam Wzdowski Et ipse Adam misit familiam
suam in domum plebani in Nowothanyecz Que familia recepit petrum Drasz de Bukowsko et captivum
duxerunt ad Curiam domini Adam Et intulerunt sibi violencia dico domini Laudari aliud tenentur in manum
et exinde sunt sibi manum claudiente Et adverso domino Adam negante decrevit Supersedebat Juramentum cor-
dere domino Adam pro premissis Et volente iurare domino Adam dominus petrus Odnowsky dimisit ipsi iura-
mentum Item dominus Mathias Wzdowski proposuit contra dominum petrum Odnowsky Et ipse in silva
communi et in fundo communi locare incepit villam nomine Thokarnya in preiudicium ipsius domini Mathie

Ex Adverso domino Petro Odnowsky dicente ex locasset villam intra limites ville Bukowsko domino Mathia ex adverso
reponit dominum Odnowsky responsionem impugnante et asserente in communi fundo eam esse fundatam Et Subjudex decer-
nit et distulit in hac Causa Sententiam in crastinum Et prorogavit atque transposuit distulit ex partibus terminum in diem
crastinum In hunc qui sequitur modum TERMINUS hodiernus inter dominos petrum odnowsky et Mathiam Wzdow-
sky de ipsorum Consensu ad diem crastinum In eo vigore prout hodie stetit debuit per Subjudicem Nicolaum Langkoron-
sky suspenditur et differtur Et Iterum Terminum partes predicte coram prefato Subjudice talem qualem hodie hec debuit et in
eo vigore Iure parcium illeso Et hec verba Ministerialis Andreas de Brzozow proclamando insinuavit Et tandem
exivit Subjudex cum partibus et Coarbitris ad videndum Campos in quibus recepta est advena domino Mathie Wzdowsky
et cum subditis Et ostendit Campos dominus Mathias Wzdowsky Et adverso dominus petrus Odnowsky dixit esse Campos
suos et debere pertinere ad villam Wolicza vnde domino de Mathia Wzdowsky in contrarium dicente. Tandem Subjudex decre-
vit primus diffiniendum esse de campis cuius sint Tandem de Advena recepta Et decrevit domino petro Odnowsky dandos esse duos
homines Senes Et domino Mathie Wzdowsky eciam duos homines die Crastina Ut in prima Subjudex Iuramento prestare
Acta in Nowothaniecz feria Quinta ante festum sancti Urbani proxima id est vigesima secunda Mensis Maii Anno
dominus Mathias Wzdowsky Satisfaciendo decreto Nicolai Langkoronsky Subjudicis circa Ecclesiam parochialem sancti Nicolai
in Nowothaniecz statuit coram Subjudice duos Senes Testes Christianos videlicet Jacobum Urbanum et Nicolaum Miczal-
ek de Nowothaniecz Qui iuxta Ecclesiam a Subjudice datum super signum sancte Christi passionis iuraverunt fidele dare te-
stimonium de Limitibus inter Nowothaniecz et Wolicza Et ad cetera interrogata Subjudicis fidele iuxta suam notorietatem
respondere Et similiter dominus Petrus Odnowsky satisfaciendo decreto Subjudicis duos testes Ruthenos videlicet Klym Slomjnka
et Iwanko Jaczkowya de Wolicza reposuit coram Subjudice Qui ad Ecclesiam hostiam Sinagoge Ruthenice in Nowo-
thaniecz more Rutenico Iuraverunt fidele dare testimonium de limitibus inter Nowothaniecz et Wolicza Et ad cetera interrogata
Subjudicis fidele iuxta suam notorietatem dicere Et tandem Subjudex cum predictis Senibus et Coarbitris videlicet Johanne Brosi-
Wobyslchek et Johanne Chlisthowsky ex parte domini Mathie Wzdowsky ad Subjudicem locate Et ex parte domini petri
Odnowsky Andrea Herborth et Johanne Herborth processit ad inquirendum ad quam hereditatem pertinere debent Campi
pro quibus erat questio inter Mathiam Wzdowsky et petrum Odnowsky Tandem post examinacionem testium
Et vota Coarbitrorum signavit loca futurorum Scopulorum et distinxit hereditates videlicet Nowothaniecz Mathie Wzdow-
sky a villa Wolicza petri Odnowsky in hunc qui sequitur modum Inprimis Incipiendo a Colle seu Torrente
qui inter Campos Nowothaniecz oritur Et hostia habet in torrente Sanoczek Cui Torrenti antea nullum erat insigni-
tum cognomen Sed Subjudex eidem Torrenti indixit et assignavit nomen Langkoronsky pothok Et sic ab eodem torrente
Langkoronsky pothok incipiendo Et sursum ad verticem montis eundo fecit duos tractus seu sulcos Aratro Et a vertice
montis eundo quasi ad similitudinem medie Levor eciam duos tractus seu sulcos aratro fecit Et a fine illorum sulcorum
usque ad medium torrentis seu alveum cuius Szczedryn pothok dicti directe et Limitate eundo Tandem per illam medietatem
seu alveum directe sursum eundo usque ad summitatem eiusdem Torrentis Et a summitate seu ortu eiusdem torrentis Szczedryn
pothok usque ad silvam seu rubeta que iacent super torrente vel Collem dictum Hluboky similiter fecit duos tractus
seu sulcos Et tandem penes silvam prefatam eundo fecit unum tractum seu sulcum usque ubi iterum oritur idem torrens
Hlubokij Et de signavit faciendum Scoplum aralem hereditatis Nowothaniecz et Wolicza atque pobyedne distinguentem
Et tandem finibus et Limitatis hereditatibus Nowothaniecz et Wolicza descendit Subjudex ad Nowothaniecz
Et vocatis per ministerialem partibus videlicet Mathia Wzdowsky et petro Odnowsky hanc tulit Sentenciam diffinitivam
Sentencia Ex quo ego Iudex Subjudicialis signavi Aratro loca Scopulorum inter Nowothaniecz Mathie Wzd-
owsky et villam Wolicza petri Odnowsky Ut negocium hoc suum sorciatur effectum Decerno ex Mathias Wzdow-
sky ex sua una et petrus Odnowsky ex sua altera parcium feria Sexta in crastino festi Ascensionis Christi educant circa
Mezaryn Terrestrem Sanocensem vel eius Cancellarium et virum generosum et unum Ministerialem Et in locis per nos signatis
erigant Scopulos in signa Metalia perpetuis temporibus mansura Et hereditates Nowothaniecz Mathie Wzdowsky et
Wolicza petri Odnowsky distinguencia Et Iam rogavit Subjudex partes si suscipiunt Sentenciam Et audiverunt ex susce-
perunt Sentenciam Et hoc idem Subjudex est protestatus Ministeriali et Nobilibus ibidem presentibus Tandem Subjudex
tulit aliam Sentenciam de locacione ville Thokarnija iuxta proposiciones superius descriptas Sentencia Ex quo Ante-
cessores Mathie Wzdowsky heredes de Nowothaniecz in silvis communibus eisdem silvis extirpatis locarunt villam
Szymkowa Et nunc petro Odnowsky heredi de Bukowsko et Wislozek licebit eciam in eisdem silvis communibus
locare villam inceptam dictam Thokarnija Que villa debet esse Latitudinis duodecim cum medio vel tot la-
neorum quot nunc possidet vel in futurum possidebit villa Szymkowa Et debet villa Thokarnija Latitudine

Laneorum habere et recipere de villa Szyczinkowa ab uno lanco quem ibi elegerit mensurandi longitudo vero agrorum protendatur quousque congrediuntur agri villarum ambarum et ubi congredientur ibi debent stare et ultimus non debent protendi in longitudinem Sed iam amplius non debent predicte partes videlicet heredes de Nowothanyecz et heredes de Wisloczk et Bukowsko locare villas in silvis communibus nisi mutuo consensu premisso et obtento Et **Interrogavit** superarbiter partes si suscipiunt sententiam Et responderunt partes quod suscipiunt sententiam Et hoc idem superarbiter est protestatus Ministeriali et Nobilibus ibidem presentibus **Tandem** partes prefate videlicet Mathias Wzdowsky et Petrus Odnowsky pro mellificiis arborum et sigillatibus aliis quam pro iniuriis et kmethonum vulneribus summarie de sua bona et spontanea voluntate composuerunt videlicet quod Petrus Odnowsky dedit Mathie Wzdowsky quinquaginta marcas pecuniarum et effective solvit Et ipse Mathias ipsum de omnibus liberum misit dumtaxat pro hominibus profugis et alteratione recepta hanc superarbiter tulit inter partes prefatas sententiam diffinitivam

Sententia Ex quo dominus Mathias Wzdowsky repetit duos homines heredes de Nowothanyecz profugos ad dominum Petrum Odnowsky ad villam Bukowsko videlicet Fyedasz et Gregorium Quos homines dominus Petrus Odnowsky a longis temporibus dicit esse in Bukowsko videlicet ab annis decem citra vel ultra Et similiter atque econverso dominus Petrus Odnowsky repetit a domino Mathia Wzdowsky hominem heredem de villa sua Bukowsko profugum ad Nowothanyecz dictum Janusch Quem similiter dicit dominus Mathias Wzdowsky longi temporis prescriptione ibi mansisse et exoratum esse Et tamen habeat dominus Mathias Wzdowsky hunc Janusch dominus vero Petrus Odnowsky habeat illos etiam duos tamquam ex utraque parte prescriptos pro duobus vero hominibus Mathie Wzdowsky de Nowothanyecz profugis uno ad villam Bukowsko videlicet Gregorio filio Skomyny alio ad Belchowka dicto Ilko filio Petri Theczoch Quos ut probabiliter asserebat anno preterito aufugerunt Ita decrevit superarbiter ut dominus Petrus Odnowsky infra hoc tempus usque ad festum Ascensionis Christi proximum prefatos homines profugos mittat domino Mathie Wzdowsky in domum ipsius ad Nowothanyecz pro quolibet homine per mediam sexagenam odklonu iuxta terre consuetudinem Et dominus Mathias Wzdowsky debet recipere odklon et prefatos homines domino Petro Odnowsky perpetuis temporibus liberos dimittere **Et** Interrogavit superarbiter partes si suscipiunt sententiam Et responderunt partes quod suscipiunt sententiam Et hoc idem superarbiter est protestatus Ministeriali et Nobilibus ibidem presentibus **Tandem** superarbiter interrogavit Petrum Odnowsky et Mathiam Wzdowsky si habent adhuc aliquid questionis quod optarent a superarbitro diffiniendum Et responderunt quod nichil Et protestatus est superarbiter Nobilibus et Ministeriali ibidem presentibus **Et** tandem superarbiter hanc tulit sententiam diffinitivam

Sententia Ex quo sententie mee inter dominos Petrum Odnowsky et Mathiam Wzdowsky et eorum successores perpetuis temporibus debent esse firme et inviolabiles permanere Omnia res et negocia hereditaria proxima ut ipsos diffiniunt et dubia interpretantur et declarant Ideo nos auctoritate superarbitrali nobis in hac parte per partes ipsas concessa et commissa decernimus ut literas actorum quas eisdem partibus videlicet Petro Odnowsky et Mathie Wzdowsky sub meo sigillo et manu mea subscriptas dabimus ad prima Acta terrestria Sanocensia positionem in acta terrestria Sanocensia inducant et recognoscant coram Actis Sanocensibus Terrestribus Sententias meas inter ipsas partes et eorum successores perpetue mansuras tali recognitione et sub ea forma qua in meis Actis et sub meo sigillo eisdem partibus videlicet Mathie Wzdowsky et Petro Odnowsky dabimus **Et** Interrogavit superarbiter partes si suscipiunt sententiam Et responderunt partes quod suscipiunt sententiam Et hoc idem superarbiter est protestatus Nobilibus et Ministeriali ibidem presentibus Tandem etiam tulit aliam huiusmodi sententiam diffinitivam superarbiter

Sententia Ex quo Actis et literis mee superarbitrarie facultatis domini Petrus Odnowsky et Mathias Wzdowsky submiserunt se firmiter credere sententiis parere et effective satisfacere literis meis non contradicere sed eisdem firmiter credere ut si esset ex Actis Terrestribus emanata Ideo decernimus ut Petrus Odnowsky et Mathias Wzdowsky a nobis predictarum sententiarum Acta seu literas recipiant effective die illa quam eisdem Petro Odnowsky et Mathie Wzdowsky designabimus literis meis patentibus ut sciant se expedire et regere qualiter indemnitates precaveant et effective satisfaciant Quod facere tenentur sub vadio quo de sententiis mee facultatis superarbitrarie tenendis et eisdem effective satisfaciendis et complendis fideiussores predictarum parcium videlicet Petri Odnowsky et Mathie Wzdowsky in actis terrestribus Sanocensibus fideiubendo se inscripserunt Et predictum vadium in se assumpserunt Quod vadium in hac parte et pro non tenenda per Petrum Odnowsky et Mathiam Wzdowsky nostra presenti sententia in eisdem fideiussoribus repetendi et tollendi penitus meo decreto et aucto-

Superarbitrali nobis reseruauimus Et Interrogauit superarbiter partes prefatas petrum Odnowsky et
Mathiam Wzdowsky si susceperint sentenciam Et responderunt partes Et susceperunt sentenciam Et hoc idem superarbi
Nicolaus Langkoronsky est protestatus Ministeriali Andrea de Brzozow et Nobilibus ibidem presentibus Tandem
Superarbiter Nicolaus Lanczkoronsky dixit Ex quo iam nichil habetis causarum quas diffiniendas ante superarbi
traria oporteret Et nos iam satisfecimus officio nobis imposito Nos igitur in dei nomine exoneramus nos fa
cultate dicta superarbitraria Et vobis domine Nicolae Bal Camerario tamquam Notario Terrestri Ut dum
Inscripcionem facultatis superarbitrarie inter vos mortificetis et extinguatis exceptis in Clausulis que vos tangunt
fideiussores Nos eciam exoneratos faciatis fideiussores Hec igitur Acta in vim literarum nostre facultatis
superarbitrarie Iudicialium Et ea causa quam in principio nostre premisimus Signifficatorie presentibus vobis et cuilibet vest
rum extradidimus manu nostra propria subscriptas et nostri Sigilli appensione tam a tergo quam eciam ad Margines
inferiores roboratas Datum in Nowothargy feria Quinta proxima ante festum sancti Vrbani idest vige
sima secunda Mensis Maij Anno domini Millesimo Quingentesimo Vndecimo Presentibus Generosis et Nobilibus
Andrea Sthadniczky de Sthadniky et in Zmygrod Johanne Bamrath(?) de Sowokliczsky(?) Nicolao Czyrklinsky de
Czyrklyn Jheronimo alias Jarosch Rozemberskey de Rozembark Et alijs quampluribus fidedignis testibus
ad premissa Scripta per manus Nobilis Stanislai Myeschowsky(?) de Szczythno(?) Seruitoris Nicolai Langkoronsky Notarij

Que quidem Acta suprascripta Nicolai Lanczkoronsky prefati Predicti Petrus Odnowsky et Ma
thias Wzdowsky cuilibet eorum per se Recognouit et Recognouerunt vtrique sunt Et ipsa eadem Acta tenentur
atque obligantur atque presenti Inscripcione se inscribunt perpetuis temporibus ipsi et eorum Successores inter se
tenere et obseruare firmiter et inviolabiliter in omnibus Sentencijs in eisdem Actis contentis iuxta omnes Con
diciones modos articulos Clausulas Ita quod in eisdem Sentencijs vna parcium sine consensu alterius partis nunquam
debent contrauenire nec easdem transgredi vel contra easdem aliquid in contrarium allegare Nec aliquam
nouam Causam destruccionis easdem obijcere Preterea Recognouerunt Et licet in Inscripcione Compromissi inter
Actis inserta tunc vigore et Auctoritate Nicolaus Langkoronsky Superarbitraria facultate fungebatur per
fatus Petrus Odnowsky ex sua parte Johannem Pobyedzynsky et Johannem Syemuschowsky Mathias
vero Wzdowsky ex parte sua similiter Raphaelem Homyeczky et Johannem Wlinsky posuerunt quilibet parcium
pro se fideiussores Et ipsi videlicet Petrus Odnowsky et Mathias Wzdowsky debuerunt parere Sentencijs
et Sentencijs per Superarbitrum Generosum Nicolaum Lanczkoronsky decretis et decernendis ac pro
vinculatis in omnibus eorum causis et iniurijs eciam hereditarijs Quos quidem fideiussores se pro eisdem parcibus
sub vadio Mille florenorum inscripserunt iuxta articulos Compromissi et eiusdem Compromissi Inscripcionis
Lenis(?) continentiam Quos quidem fideiussores eximunt liberos dimittunt ab eadem Caucione fideiussoria in
Casibus post hanc Inscripcionem in Acta Terrestria inductam emergentibus et contingentibus Verum tamen
de illis Casibus qui antehac euenerunt Et pro quibus inter partes viuens Sentencias Superarbitri tenente
vel parcium sentencias tenentes cum alterius partis fideiussoribus Sentencias superarbitrij non tenentibus
litispendencie sunt et Citaciones Cum litispendencie in nullo derogatur quam fideiussorie caucioni que
eo Racione antehac euicta est Recognouerunt denique partes prefate videlicet Petrus Odnowsky
et Mathias Wzdowsky Racione vadium Mille florenorum per triginta grossos computatorum in se et suos
heredes perpetuis temporibus dicatarum(?) assumunt Illud videlicet vadium in Compromissi Inscripcione
expressum de quo exonerauerunt suos alteros fideiussores In se suos quoque Successores assumunt Et se suos
quoque Successores presenti Inscripcione inscribunt et obligant sub eodem prefato vadio Mille florenorum
per Triginta grossos computandorum parti tenenti per partem non tenentem succumbendo et effectualiter
persoluendo Et omnes Sentencias in Actis Generosi Nicolai Lanczkoronsky contentas Et hijs Ac
terrestribus Actis insertas inscriptas et de consensu parcium actitatas debent prefati petrus Odnow
sky et Mathias Wzdowsky et eorum Successores in omnibus Condicionibus Clausulis articulis
et modis firmiter et inviolabiliter temporibus perpetuis tenere Et easdem effectum parere satisfacere et
predictis Sentencijs non contrauenire et non contradicere Casu Quo aliqua parcium prefa
tarum tam videlicet Petrus Odnowsky quam Mathias Wzdowsky vel statim parcium alicuius partis
Successor vel Successores pro prefato vadio Mille florenorum propter Contradictionem vel non ob
seruacionem et non completionem effectualem alicuius Sentenciarum predicti Nicolai Lanczkoronsky

In parte vel in toto vel in uno quolibet articulo et condicione citata fuerit per partem tenentem
extunc hic in Judicio terrestri particulari vel generali Sandomiriensi stare et videre in termino primo tamquam
in peremptorio debet, nullis causis aut modis exquisitis terminum primum huiusmodi ipsum peremptorium differendo Nec
ad Regiam Maiestatem aut ad Colloquium generale vel ad Conventionem generalem se eximendo Nec pro maiori
sibi recipiendo Nec vera nec simplici infirmitatibus eundem terminum primum peremptorium differendo Et non evadendo
prescripcione Iuris Regalibus Expedicione bellica generali vel particulari districtu Terra seu Territorio seu
[illegible] sive legacione intra et extra Regnum prescripcione maiori vel minori terrestri nec allegacione minoris
etatis Agnatum Nec allegando aliquem defectum presentis Inscripcionis vel ad presentem Inscripcionem deferre
aliquo Citacionis Nec aliquo defectu ex Citacione Contingentibus Nec eciam aliquo defectu Conviccionis ad
satisfaciendum Nec defectu date termini, nec eciam defectu progressus totius Cause Iuridice Nec alio quovis modo
Colore forma Causa Iuris exquisito et excogitato evadere debet solucionem prefati vadii Sed renunciando
omnibus Remediis Iuris et facti Statutis Regni antiquis et novis quecumque in Contrarium in subsidium
sue Cause ut solucionem vadii evaderet assumere posset Renunciando eciam omnibus appellacionibus Iuris polo-
nici Terrestris consuetis et observare solitis Et quamcumque Controversiam fecerit coram Judicio aut excep-
cionem Appellacionis extunc debet decreto Judicii terrestris Sandomiriensis primi sub pena tercii medietatis [illegible]
et Judicio totaliter et plenarie nullas faciendo Controversias hic Sed simpliciter et plane atque effective solu-
cionem vadii satisfacere Quo realiter et effective persoluto et pro ipso vadio realiter satisfacto Nichilominus sen-
tenciam Superarbitri Generosi Nicolai Lanczkoronsky pro qua vadium succumbunt et presentibus tenere et
observare Et eidem Sentencie in toto vel in parte in omnibus punctis et Clausulis in Sentencia Super-
arbitri contentis satisfacere effective et realiter tenebitur. Et quocienscumque alicui Sentencie vel Super-
predicti Superarbitri non paruit, et effective non satisfecit in toto vel in parte in Clausula vel in ar-
ticulo aliquo extunc simile vadium semper succumbet Et nichilominus Sentenciam Superarbitri antedicti
tenere observare in toto vel in parte, et eidem effective satisfacere et realiter tenebitur temporibus
perpetuis duratura In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus a tergo sunt subappensa Actum
Sandomirie feria Tercia post festum Nativitatis Virginis gloriose Marie proxima Datum vero
ibidem feria quarta proxima ante festum Sancti Thome Apostoli Anno domini Millesimo Quingen-
tesimo Vicesimo presentibus Nobilibus Clemente de Sakolsowka [illegible] Judice Terrestri Petro
Ozyslawsky, Martino Marzynkowsky, Nicolao Wesorzasky et aliis quam pluribus
fidedignis ad premissa Testibus.